



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Schisma quid sit. tit. 190

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

SCHISMA QUID SIT  
in Ecclesia.

TITVLVS CLXXXXI.

**S**CHISMA est voluntaria defectio à fide vniuersali, & decessio per inobedientiam vsumque proprium & alium Sacramentorum, quām qualis est vniuersalis catholice Ecclesiæ: est enim una fides, vnum baptismus, vna Ecclesia & corpus. Hæc credi & iudicari non possunt, Eph. 4. Cantic. 6. Vna est columba &c. Quicūque ergo se separat à tali vnitate, sic schismaticus dicitur. sic fecerunt schisma Choræ, Dathan & Abiron, Num. 16. speciale erigentes thuribulum, sed puniuntur misere hiatu terræ. Ideò rogat propter nomen Domini nostri Iesu Christi Apostolus de finit in nobis schismata, 1. Cor. 1. Et Christus admonet, Mat. 24, nè accedamus ad eos qui veniēt & dicēt: Ecce hic est Christus, aut illuc: surgēt enim multi &c. Secundò, omne schisma oritur ex odio contra superiорitatem Ecclesiæ, id est, Papam, ordinavit enim Deus Petrum, ut sit caput vnitatis, inquit Cyprianus de simplicitate Prælatorū, sed hoc caput omnes hæres incedunt deijcere, & talis neque fidelis, neque membrum esse potest Ecclesiæ, & qui à tali vnitate & ordinatione fuerit separatus, etiam promissis Ecclesiæ spoliatur. Hæc Cyprianus. Est autem hoc peccatum schismatis peius quām idolatriæ. Augustin. lib. 1, contra Donatistas cap. 8. Nam populus idololatrans Exod. 32. punitur gladio: hic autem in schisma ruens, hiatus terre (quod grauius est) punitur, Num. 16. & quoniam hoc peccatum schismatis est grauius omni alio peccato, hinc sit luxuria, auaritia, superbia, furtum, usura, &c. ideo propter nullum peccatum est faciendum schisma, quando propter aliquem abusum excitatur schismatis peccatum. Maximum peccatum est schismatis peccatum.

FFF 3 ma.

ma. Clerus male viuit: esto, sed facere propter hoc schisma, &c. grauius est peccatum, &c. nam odiu quod excitant schismatici, est multo grauius ipsa sa, id est, communione vtriusque speciei, manducacione carnium, non feriari: odium ergo damat.

Tertiò, sicut olim Donatistæ obiecerunt Augustino, ita etiam hodie faciunt sectistæ. Nos, inquit, cogente conscientia recedimus à vobis catholicis. Est enim Ecclesia vestra plena peccatis, idolatria, & falsis doctrinis. Pessimè viuunt & docent vestri Clerici & Monachi. Habent scholasticā Theologią, qua docent opera effectiū iustificare. Habent nouum sacrificium Missæ, quod meretur remissionem, adorant panem, tradunt dimidium sacramentum, idorant sanctos, id est, mortuos homines. Respondebat Augustinus primo libr. contra Donatistas: Quero à vobis Donatistis, an etiam oratis Pater noster, Matt. 6. & dicitis, Dimitte nobis debita nostra. Si si coratis, quomodo ergo tam puram & sanctam habet Ecclesiam, sicut iactatis? Frustra Christus iussit sic orare & Apostolus 1. Ioan. 1. errauit, quando dixit: si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, &c. si autē vos quoque estis peccatores, cur abominamini alios peccatores? sicut ille Phariseus, qui publicani contemptis, Luc. 18. cuius filij estis. Ecclesia nunc erit tota pulchra, quādō mors fuerit superata: talis, id est, sine macula erit Ecclesia in futura vita & Secundō, abusus quos prætendunt sectæ, non credo, quo catholici interpretantur, sed in peiori partem omnia rapiunt, falsè iudicant, & abominantur faciunt, ut de iustificatione & sacrificio Maff. & alijs, ideo non coguntur recta conscientia sectæ recedere ab Ecclesia catholica & cetera. odium & inuidia est, sicut Salomon dicit Proverb. 18. Cuius querit qui vult recedere &c.

Quarto, qui igitur vult esse certus de efficacia sacramentorum,

tramentorum, & quod Deo placeant opera sua, ma-  
natio catholica vnitate, alioqui in secta omnia c-  
onfructuosa & inutilia. Christus inquit Matth.  
5. Vide reconciliari primum fratri tuo, &c. Cor. 13. Si  
habeo omnem fidem. Ideo inquit Augustinus Epi-  
tola 16. Si angelus de caelo, &c. quid prodest medici-  
nus operatione: quid si membra sana sunt, & cor-  
tum est infirmum? Obedientia plus est quam victi-  
ma. Reg. 15. Eras, in Psalm. 83. Deterior est, qui rece-  
dit ab Ecclesiæ consortio, quam qui impiè viuit, &c.

*DE NOMINIBUS, QUI-*

*bus sectæ appellant catholicos.*

TITVLVS CXCI.

**P**RIMÒ, testatur Euangeliū, quomodo, Iudej & illorū Pharisæi varijs nominibus appellârunt Christum, seductorem, pectorarem, Ioan. 9 Dæmoniacum, magū, Luc. 11. in Beelzebub principe dæmonio sum ejicientem demonia &c. Amatorem gloriae, Ioā.  
¶ Tu de te ipso testimoniu dicis &c. dæmoniū habes  
&c. non enim poterant vincere Christum, ideo ad  
contumelias currunt: quod etiam proprium est hæreticorum, vt relicta causa fidei, personas grauent  
August. lib. 3. cōtra literas Petiliani, cap. 1.

Secun dō, sic appellant Hæretici catholicos: lupos,  
papisticos, Phariseos, qui operibus volunt saluari,  
blasphemos in Deum, & quod sint ministri diaboli  
stantes & eentes. August.lib. 2. contra literas Petilia  
ni, cap. 83. & 73. Nos lupi non sumus; sed vos potius  
haeretici. Nos patimur nos reperiri in uno ouili, Ioa.  
10. & in hoc Christi vocem, vt obedientes oves, audi-  
mus: vos varia conuenticula sectaria habetis, ita  
hic Luterus, illic Zwinglius &cæt. Nos colligimus  
Christi oves in ynam fidem & dilectionem, vos vt lu-  
pirapitis & dispergitis: nos audimus Ecclesiam per  
FF. 4. orbe m